

dicat a latría et idolo. Idolū autē est simula-
crū: qđ humana effigie factū et cōsecratū est:
iuxta vocabulū interpretatōz. Idos enī gre-
ce formā sonat: et ab eo p̄ diminutionē: idolū
deductū qđ apud nos formulā facit. Igitur
ois forma vel formula idolū se dici et poscit.
Quidā hō impie dicit idolū et dolo sum-
psisse nomē eo qđ diabol⁹ creature cultū diui-
ni nois inuēit. Dicunt insup idola simula-
cra. Nā silācra a silitudine nuncupant eo qđ
manu artificis ex lapide aliāne materia corū
vult⁹ imitant quoz honore fungunt simu-
lācra dicta: vel p̄ eo qđ sunt silia vel p̄ eo qđ si-
mulata atq; cōficta. Simulācra prim⁹ et lu-
to fecit bismael fm̄ hebreos. fm̄ vero gētilēs
prim⁹ fuit p̄methūs. Greci vero referūt qđ
fuit cetrops. Fuit autē p̄methūs tpe Jacob
frater arblantis astrologi de qđbus multa lo-
quit Aug⁹. li. xvij. de ci. dei. ca. viij. Hic p̄-
methūs prim⁹ dicitur esse fecisse hoīes: m̄ qđ
de rudib; fecit doctos: tū qđ legif fecisse hoīm
imagies qđ arte quadā deambulare faciebat
Cetrops vero fuit ille qđ metu plagarū egypti-
vite dicit m̄gr̄ in historia scolastica: fugit in
greciā et cōdidit athenas: et prim⁹ bouē im-
molauit ioui. ¶ Scđm qđ declarandū: vñ
ortū habuit idolatria: et ad hoc assignari so-
lent tres originales cause.

Prima dicitur inordinata affectio.

Secda naturalis delectatio.

Tercia negligēs cōsideratio.

¶ Prima cā fuit inordinata affectio qđ t̄git
Lactantiū li. i. diuin. az. insti. 2. fido. vbi s̄
Nā fuerūt qđā vrbū cōditores aut viri for-
tes: quib; mortuis hoīes qui eos dilexerunt
simulācra finterūt: vt haberēt aliqđ ex ima-
ginis cōtemplatōe solatiū. Et vt recitat m̄gr̄
in historia scolastica a Plinio orta sunt ido-
la mō qđ seq̄t. Mortuo siquidē belo p̄re: nin⁹
in solatiū doloris fieri fecit imaginē p̄ris sui
cui multa exhibebat reuerētiā: hunc hoīes re-
gionis vt ei adularēt r̄ nōnulli timore duc-
ti diuinos honores imagini exhibere cepe-
rūt hui⁹ exēplo pluris charis suis mortuis
imagines dedicare ceperūt. Et sicut ab ido-
lo beli cetera traxerūt originē: sic ab ei⁹ noīe:
noīa generaliter acceperūt. Sicut enī belus
dicitur esse ab affir̄is: sic et alie nationes scđm
ideomata et linguarū varietates: alie bel: alie
baal: alie baalim: alie beselgoz: alie beelzebub
eoz idola vocauerūt. Diophantus vero lace-
demonū auctor liberos scripsit antiquitatu;
xiiij. In quib; ait. Sirofanē egyptiū fami-
lia substantia locupletē filiū genuisse quē ve-
lut enormis substantie successore: ineffabili v-

tra qđ paternitas exiebat affectu diligebat:
is dū aduersus fortune i currib; rapet patrē
insupabili affectu merore. Qui filij simula-
crū i suis edib; instituit: vniuersa vero fami-
lia in dñi adulatōe aut coronas plectere aut
flores inferre aut odoramēta simulācra suc-
cendere cōsuevit. Nōnulli etiā seruoꝝ culpa-
biles dñi furia euitātes ad simulācrū pfugi
veniā merebant. hec et hmoi facta sunt post
diluuū. Nā vt ait tho. vbi. s. arti. iij. in rñ-
sione ad scđm articulū. In prima etate hō fu-
it idolatria p̄pter recentē memoriā creatōnis
mundi: et qđ adhuc vigeat cognitio vniuers
dei i mēte hoīm. In secda etiā etate idolatria
est exclusa: p̄ virtute et doctrinā t̄pi qđ de dia-
bolo triūphauit. Scda cā originalis vñ or-
tum habuit idolatria fuit naturalis delecta-
tio. hō enī naturaliter de representatione dele-
ctatur: iō hoīes rudes a principio vidētes per
diligentiā artificij imagines hoīm fieri diui-
nitatis cultū eis impenderūt. Quidā insup
p̄ quadā nephariā arte imagies quasdā cō-
stituebāt qđ virtute demonū aliqđ certos effe-
ctus habebāt vñ putabāt in ip̄is imaginib;
esse aliqđ diuinitatis r̄ p̄sequēs diuinū cul-
tū illis exhibebāt. Et hec fuit opinio herme-
tis terinegisti. vt Aug⁹. dicit in. viij. de ciui.
dei. Tercia causa originalis vñ orta est ido-
latria dicitur dei incōsideratio. Negligētēs quidē
hoīes ad p̄siderandā excellentiā deiveri: qui
busdā creaturis p̄pter aliquā excellentē virtu-
tē diuinitatē cultū exhibuerūt. sic dixim⁹ in
sermone de simplicitate dei. et in sermone de
aia. Cū Lactanti⁹ li. diuin. insti. ait. illos qđ
de impiū r̄ insupietēs tāq; deos et nuncupā-
tur et adorāt: nō est cā incōsideratus qđ nō in-
relligat fuisse mortales. Quō qđ inq̄t aliqđ dñj
crediti sunt nimirū qđ reges maximi ac potē-
tissimi fuerūt: ob merita suarū virtutum aut
munerū aut artū repertarū: cū chari fuissent
his qđbus ip̄erauerāt in memoriā sūt p̄secre-
ti: qđ si qđs dubitet res eoz gestas et facta cō-
deret qđ vniuersa tā poete qđ historici veteres
p̄diderūt. hec ille. Cū qđ singulis dñjs statue
dedicarent: demones hoīb; erratib; colēdos
se exhibuerūt in idolis dādo respōsa et aliqđ
qđ videbant hoīb; mirabilia faciēdo. ¶ Ter-
ciū qđ erat declarandū vtrū idolatria sit gra-
uissimū peccōz. Et ad h̄ r̄ndet p̄ glo. sup. ry.
ca. Leuit. qđ ait. Nōne peccm̄ immūdiācia ē aie.
s; idolatria magis. Aduertendū tñ fm̄ Tho.
qđ grauitas alicui⁹ pecc̄i p̄t attendi dupliciter.
Uno mō ex pte ip̄i pecc̄i: et sic peccm̄ idolatrie
est grauissimū. Sicut enī in terrena republī-
ca grauissimū eē videt qđ aliqđ honore regū

t i